

adstante populo, & solemniori ritu cantatur; privata e contrario quam Sacerdos pro arbitrio celebrat, sive multi, sive pauci sint adstantes. VI. Privata demique Missa dicitur, in qua solus Sacerdos communicat. Contra hanc Missam privatam, postremo in sensu acceptam, blasphemias suas de more eructant novatores septentrionales.

XI. Omnes Catholici licitas propugnant Missas privatas, in quibus soli communicant Sacerdotes: idque definivit Concilium Tridentinum sess. xlii. cap. 6. his verbis. *Operetur quidem sancta Synodus ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistia percipiente communicent, quo ad eos sancti spiritus fructus sacrificii fructus uberior proveniret: nus tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas, & illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat. Siquidem illae quoque Missae vere communem censeri debent; partim quod in eis populus privatialiter communicat; partim vero quod a publico Ecclesiae ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus qui ad corpus Christi pertinent, celebrantur.*

XII. Incepit de more Kemnitius, etiam Concionatorem esse ministrum publicum, sicuti & qui baptizat: & tamen nec ille concionari sine auditore, nec is baptizare sine baptizando potest. Nugae ancilua indigna haec sunt. Sacrificium enim Deo offertur. Concio ad auditores, baptismus ad baptizandum directa sunt. Haec tunc catapultae Lutheranae.

## CAPUT VI.

De elemosyna pro Missis celebrandis collata.

I. Sapientissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. feliciter regnas, tum in suis Nostris, seu Instit. tum in tract. de Sacrif. Missa, & tandem in suo celebratissimo opere de Synodo &c. hoc de Missarum elemosyna, seu stipendio argumentum more suo plena in luce posuit, & exhaustit. Ex his ergo operibus, quae hic pertinent, excerptam.

II. Et principio advertit Pontifex summus de Synod. Lib. V. cap. viii. morem antiquitatis in Ecclesia obtinuisse, ut fideles accedentes ad Missam, singuli panem & vinum consecranda offerrent. S. Cyprianus Lib. de oper. & elemof. feminam divitem increpat, quod nihil offerens, de aliena oblatione participare auderet. *Luceptes, & dices es, & dominicum celebrare te credis, quae in domi-*

*nium sine sacrificio venis, quae pariem de sacrificio quod pauper obtulit, sumis?* Oblationem consuetudinem insularum curavit Concilium Maticensense II. an. 585. can. iv. *Residentibus nobis in sancto Concilio, cognovimus quosdam Christianos, relicto fructu dexterae, a mandato Dei aliquibus locis devotissimae, ita ut nullus eorum legitimo obsecrationibus parere velit officio Deitatis, dum facris altaribus nullam admovet hostiam. Propterea de ceteris ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur, tam panis, quam vini, ut per has immolationes, & peccatorum suorum fastidium caveant, & cum Abel, vel ceteris iustis offerentibus promerentur esse confortes. Omnes autem qui definitiones nostras pro inobedientiam evocare contendunt, anathemate percellantur.* Quilibet pro sua facultate offerat plures panes, & vini amphoras, ex quibus congrua pro sacrificio consecranda decerpantur; & reliqua in usum cedant Sacerdotum, & Clericorum. Praeter panem & vinum, quo sacrificio interviabant, alia offerri vetitum erat. Permissum postea fuit offerri incensum, oleum, spicias, & uvae; Ceteri fractus, non ad altare, sed ad Episcopum deferbantur. Die Paschalis, quo paschima celebrabatur, lac, & mel offerbantur, quo egressis a sacro fonte praebere solitum erat; ut Cardinalis Bona rer. liturg. Lib. I. cap. xvi. narrat. Martene de antig. Eccl. rit. Tom. I. Lib. IV. cap. iv. art. 6. observat posteriori etate licitum fuisse ad altare offerre quiddam in Sacerdotum commodum cederet, sive ante, sive post Evangelium, offerentiori tempore.

III. Quo tempore cepit usus oblationis pecuniae, ignoratur. Narrat Baronius ad an. 44. primis Ecclesiae saeculis in singulis Christianorum Ecclesiis arcam fuisse expositam, quam ipse *Gazophylacium* appellat, in qua pecunias fideles mittebant. Pecunia illa in usum ministrorum, pauperum, & viduarum cedebat. Successu temporis pecunias ad altare offerri coepit fuit. Honorius Augustodunensis, Scripto xii. feculi, in Gemma animae Lib. I. cap. viii. consuetudinis offerendae ad altare pecuniae meminit. Postquam autem Ecclesia numero quidem augebatur, sed sanctitate minuebatur propter carnales, statutum est ut qui possent, singulis dominicis vel tertia dominica, vel summis festivitatis, vel ter in anno communicarent, ne ante confessionem, & poenitentiam pro aliquo crimine, iudicium sibi sumerent: & quia, populo non communicante, non erat necesse tam magnum panem ferri, statutum est

est

nam in modum denarii formari, ut populus pro oblatione farinae denarius offerret. Circa hoc tempus abolvit consuetudo, qua fideles sacrificio assidentes participabant sacra mysteria; & inde, inquit Honorius, concutata est morum dissolutio.

IV. Pecunia olim oblata non applicabatur alicubi Sacerdoti, ut Missam privatam celebraret; quae uni offerenti prodesset; ut animadvertit Thomassinus Lib. I. Part. III. cap. vii. de veter. & nov. Eccl. disc. Mos offendat lapsus, ut Sacerdos celebraret ad mentem largitoris, iuxta Mabilonium in praefat. ad Part. I. saec. III. Benedic. num. 63. cepit alicubi circiter saeculum VIII. neque passim ubique obtinuit ante saeculum XII. Alii antiquius obtinuisse contendunt. Valafrius Strabo, Scriptor saeculi IX. Lib. de reb. Eccl. cap. xxii. hunc morem improbare vilis est, exillimans, sacrificium non plus prodesse illi pro quo offerrebat, quam ceteris fidelibus. Wiceliffite aperte elemosynam datam Sacerdoti pro Missa celebratione, simoniae arguebat. Hunc errorem Theologi catholici omnes improbant, & damnant: quia inquit S. Thomas 2. 2. quest. c. art. 2. ad 2. Sacerdos non accipit pecuniam, quasi pretium consecrationis Eucharistiae, hoc enim esset simoniae, sed quasi stipendium suae sustentationis. Et rursum in IV. dist. xxv. quasi. III. art. 2. quaestione. I. ad 4. subdit. *Facere pactioem de Missa celebranda est simonia. . . . Si tamen non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarios, sicut cuncti Sacerdotes faciunt, non quasi pretium Missae, sed quasi sustentationem vitae.*

V. Simul atque obtinuit consuetudo danda elemosyna Sacerdotibus pro applicandis sacrificiis in subsidium offerentium, sordida avaritia Sacerdotum erupit. Quoniam, cum nondum vetitum esset plures Missas eodem die celebrare, sapienter in diem sacra faciebant, ut plures captarent elemosynas. Heinc Innocentius III. cap. Confulisti, de celeb. Missar. & Honorius III. cap. Te referente, eodem tit. severe prohibuerunt iterare eodem die sacrificium, excepta solemnitate Nativitatis Domini. Cui prohibitioni alia successit aequitatis: tot quippe hostias in eadem Missa consecrabant quot illi fuerant qui elemosynas obtulerant. Alii Missam illius diei legebant usque ad offertorium: post secundam, tertiam, & quartam incipiebant, & continuabant usque ad eundem locum; deinde tot secretas iterabant, quot liturgias legerunt: & tandem sub uno canone Missam periebant, totidem recitatis in fine colle-

Conc. Theol. Tom. VIII.

ctis quot initio recitaverant. Haec Missas *bi-factas, & trifactas* appellabant, quasi duces, aut triplicem haberent faciem. Haec Missarum monita recenset Petrus Cantor in opere inscripto, *Verbum abbreviatum* cap. xxix. & Cardinalis Bona Lib. I. cap. xv.

VI. His corruptelis eliminatis, non idcirco, pergit Pontifex sanctissimus, improba Sacerdotum cupiditas evulsa radicitus est. Quomobrem Cardinalis Robertus Pullus medio saeculo XII. Sum. Theolog. Part. VII. cap. xvii. hoc pacto invecus est in Sacerdotes nolentes sine stipendio celebrare. *Quid est Missarum solemnium contentu temporalis commodi celebrare, nisi cum Iuda Christum vendere, tanto nequius, quanto resurgendo est sublimatus? Ut tam sordide avaritia radicem penitus evellet Concilium Toletanum ann. 1324. hoc statuit. *Multa mentis amaritudine concitatur, gravisque doloris aculeus profudit mentem nostram, intelligentes, quod aliqui Presbyteri, detestanda & abominabili ambitione cecati, pro Missis per eos celebrandis pecuniam exigunt, & super hoc, ac si vellet vendere rem profanam, impudenter mercantur. . . . Verum, cum dictum sacramentum, super omnia pretiosum, si liberaliter sicut cetera sacramenta, celebrandum; districtius prohibemus ne aliquis Presbyter pro Missis celebrandis pecuniam exigat, vel rem aliam temporalem: sed grate accipiat, si aliquid per facientem Missas celebrari, oblatum sibi caritative fuerit alique pacto, & conventionione.**

VII. Tandem Concilium Tridentinum sess. xxii. in decret. de observand. & vitand. in celeb. Miss. ut hoc profanum Sacerdotum mercimonium penitus, quoad fieri potest, de medio tolleret, iniunxit Episcopis, ut cuiusvis generis mercedum conditiones, pacta, & quidquid pro Missis celebrandis datur, nec non importunas, atque illiberales elemosynarum exactiones potius quam populationes, aliaque huiusmodi, quae a simonica labe, vel certe a turpi quaestu non longe absunt, omnino prohibeant.

VIII. Haecenus pauca haec delibavi, non creditiois tantum gratia, sed ut heine lectores colligant, quam immanem tyrannidem semper in hominum corda avaritia exercuerit. Non contenta dominari in foro, in nundinis, in mercatura, in officinis, sibi que in mancipia submittere mercatores, & divitiarum possessores, ipsum etiam Sanctuarium quolibet tempore obfidere tentavit. Verum illic eandem arceri, & in exilium agere nunquam vigilantissimi Ecclesiae Episcopi, lan-



sanctique viri cesarunt. Ut istorum illa de-  
luderet vigilantiam, varias induit larvas,  
& sub una forma profigata, sub alio ap-  
paret aspectu adnexa est. Ex his quæ pertri-  
xi, vidimus varias illius artes & insidias,  
quas adhibuit utque ad Tridentinum Conci-  
lium. Mox videbimus quas his postremis tem-  
poribus technas excogitavit, ut Sacerdotes  
infeceret. Quod ut præstent, decreta sum-  
morum Pontificum, quæ de missarum cele-  
bratione ediderunt, hæc transcribere opere  
pretium existimavi.

## §. I.

CONFIRMATIO  
DECRETORUM

**C**ongregationis S. R. E. Cardinalium, Con-  
cilio Tridentini Interpretum, super cele-  
bratione Missarum, etiam cum declarationibus,  
& innovatione decretorum, ab eadem Congre-  
gatione, auctoritate sel. rec. Urbani Papæ VIII.  
desuper alias factorum.

## INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

**N**uper a Congregatione venerabilium  
Fratrum nostrorum S. R. E. Car-  
dinalium, Concilio Tridentini Interpre-  
tum, prodierunt decreta tenoris infracri-  
pti, videlicet.

1. Alias super celebratione Missarum, ac  
prohibitione illas moderandi, seu reducen-  
di abique Sedis Apostolicæ licentia, nec  
non super earundem oneribus perpetuis  
suscipiendis, & Religiosorum numero ul-  
tra reditus, & contactas elemosynas lo-  
corum Regularium non habendo, emana-  
runt ab hac sacra Congregatione S. R. E.  
Cardinalium, Concilio Tridentini Inter-  
pretum, auctoritate per sel. record. Ur-  
banum Papam VIII. illi specialiter attri-  
buita, quamplura decreta tenoris sequentis.

2. Cum sæpe contingat in quibusdam Ec-  
clesiis tam magnum Missarum celebran-  
dum numerum, ex variis defunctorum  
relictis, aut piorum elemosynis impostum  
esse, ut illis pro singulari diebus præteri-  
tis, nequeat satisfieri, & tamen nova  
onera Missarum in dies suscipiantur; in-  
deque fiat ut deperant pia testantium vo-

luntates, obstricta benefactoribus fides vig-  
letur, defunctorum animæ suffragiis pri-  
ventur, Ecclesiis debitus subtrahatur cul-  
tus, ac Christi fideles, gravi scandalo  
affecti, plerumque a similibus caritatis o-  
peribus retrahantur: cumque his malis  
maximum inter cetera fomentum præ-  
beat, aut quod si qui Missas super vires  
celebrandas suscipiunt, sperent illas bre-  
vi ad pauciores numerum a superioribus  
reductum iri; aut quod Ecclesiis, forte  
pecuniarum absumpta, plerumque nuda re-  
mancant onera Missarum, abique ullo e-  
molumento; aut quod elemosyna pro il-  
lis celebrandis sit adeo tenuis, ut non fa-  
cile inveniantur qui velint huic se mone-  
ri subscire, & reditus Ecclesiæ, aut Mo-  
nasterii adeo exigui, ut Sacerdos pro ne-  
cessaria sua sustentatione novis se oneri-  
bus obstringere compellatur: sacra Con-  
gregatio Cardinalium, Concilio Tridentini  
Interpretum, animadvertens, facturam  
se rem Deo gratissimam, caritaticque, ac  
iustitiae maxime consentaneam, si pro  
viribus satagat, hunc terrerimum abulum  
e christiana Republica convellere, atque  
eradicare. SS. D. N. Urbani divina pro-  
videntia Papæ VII. Auctoritate sibi spe-  
cialiter attributa, infrascripta decreta edi-  
dit.

1. Ac primo districte prohibet atque in-  
terdicit ne Episcopi in diocesana Synodo,  
aut Generales in capitulis generalibus, vel  
alias quoquo modo reducant onera ulla  
Missarum celebrandarum, aut post idem  
Concilium imposita, aut in limine funda-  
tionis, sed pro his omnibus reducendis,  
aut moderandis, vel commutandis ad Apo-  
stolicam Sedem recurratur, quæ re di-  
ligenter perspecta, id statuet quod magis  
in Domino expedire arbitrabitur: alioquin  
reductiones, moderationes, & commuta-  
tiones huiusmodi, si quas contra huius  
prohibitionis formam fieri contigerit, om-  
nino nullas, atque inanes decernit.

2. Deinde, ubi pro pluribus Millis, etiam  
eiusdem qualitatis, celebrandis stipendia,  
quantumcumque incongrua, & exigua, si-  
ve ab una, si ve a pluribus personis, col-  
lata fuerint, aut conferentur in futurum  
Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Colle-  
giis, Hospitalibus, Societatibus, Monaste-  
riis, Conventibus, Congregationibus, do-  
minibus, ac locis piis quibuscumque tam  
secularibus, quam regularibus, sacra Con-  
gregatio sub oblatione divini iudicii  
mandat, ac præcipit, ut absolute tot Mil-

se celebrentur, quot ad rationem attri-  
bute elemosynæ præscriptæ fuerint; ita  
ut aliquo in id quos pertinet, suæ  
obligationi non satisfaciatur: quinimo gra-  
viter peccent, & ad restitutionem tenean-  
tur.

3. Id vero ut deinceps observetur exactius,  
sacra Congregatio eadem auctoritate revo-  
cat privilegia, & indulgetia omnia quibusvis  
personis, Ecclesiis, ac locis piis tam se-  
cularibus, quam regularibus, cuiuscum-  
que Ordinis, Congregationis, & Instituti,  
quæcumque ob causam concessa, qui-  
bus indulgetur, ut certarum Missarum,  
vel Anniversariorum celebratione, aut ali-  
quibus collectis, seu orationibus, plurimum  
Missarum oneribus in futurum suscipiendis  
satisfiat.

4. Ac similiter omne damnabile lucrum ab  
Ecclesiæ removere volens, prohibet Sa-  
cerdoti qui Missam suscipit celebrandam  
cum certa elemosyna, ne eandem Mis-  
sam alteri, parte eiusdem elemosynæ sibi  
retenta, celebrandam committat.

5. Præterea, ne in Ecclesiis in quibus onera  
Missarum in perpetuum imposita sunt,  
Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis  
eo tepidiores ac legiores reddantur, quod  
onera huiusmodi cum nulla, aut parva  
sint utilitate continuata; statuit, atque  
decernit, ut pecunie, ac bona mobilia Ec-  
clesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus,  
Societatibus, Congregationibus, Monaste-  
riis, Conventibus, ac locis omnibus tam  
secularibus, quam regularibus, atque il-  
lorum personis in futurum simpliciter ac-  
quirenda, cum onere perpetuo Missarum  
celebrandarum ab iis ad quos pertinet, sub  
pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, ipso  
facto incurrenda, a die realis acquisitionis  
nisi, statim deponi debeant penes eadem  
sacram, vel personam fide, & facultati-  
bus idoneam, ad effectum illa, seu illo-  
rum pretium, quantumprimum investiendi in  
bonis immobilibus fructiferis, cum ex-  
pressa, & individua mentione oneris quod  
illis annexum reperitur.

6. Ac si eadem bona immobilia auctori-  
tate Apostolica deinceps alienari contigerit,  
commendæ pretium, sub eadem pœna, ut  
supra, deponi, atque in aliis bonis labili-  
bus eidem fructiferis, cum eiusdem oneris  
repetitione, atque annexione converti de-  
beat.

7. Ad hæc, sacra Congregatio quibusvis Ca-  
pitulis, Collegiis, Societatibus, & Con-  
gregationibus, nec non omnibus, & sin-

gulis Ecclesiarum, & piorum locorum tam  
secularium, quam regularium Superioribus,  
vel aliis ad quos pertinet, districte prohi-  
bet ne impollerent onera perpetua suscipi-  
ant Missarum celebrandarum, secularis  
quidem sine Episcopi, vel eius generalis  
Vicarii, Regulares vero sine Generalis,  
vel Provincialis consensu, & licentia, in  
scriptis, & gratis concedenda; alioquin  
secularis, qui huius prohibitionis trans-  
gressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ in-  
terdictus sit eo ipso: Regularis vero pec-  
niam privationis omnium officiorum quæ  
tunc obtinebit, ac perpetuè inhabilitatis  
ad alia de cetero obtinenda, vocique o-  
stivæ, ac passivæ, abique alia declara-  
tione, incurrat.

8. Elemosynas vero manuales, & quoti-  
dianas pro missis celebrandis ita demum  
sibi accipere possint, si oneribus antea  
impositis ita satisfecerint, ut nova quoque  
onera suscipere valeant; alioquin omnino  
abstineant ab huiusmodi elemosynis, et-  
iam sponte oblati, in futurum recipien-  
dis, & capitulis auferant ab Ecclesiis  
cum inscriptione illa, *Elemosyna pro Missis*,  
vel alia simili, sub eisdem pœnis, ipso fa-  
cto incurrendis, ne fideles hac ratione fru-  
strentur.

9. Episcopus vero, seu eius Vicarius, aut  
Generalis, vel Provincialis, ubi de licen-  
tia pro perpetuis oneribus fuerint requisi-  
ti, in singulari casibus diligenter inquirent de  
singulis Missarum celebrandarum obligati-  
onibus, cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut  
loco ipso incumbentibus, nec ante assensum  
huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam  
eis legitime constituerit, illius Sacerdotes  
tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis  
iam suscipere satisfacere posse; præcipiam-  
que rationem habeant, ut reditus qui Ec-  
clesiæ, & locis piis relinquuntur, omnino  
respondeant oneribus adiunctis, secundum  
morem cuiusque civitatis, vel provincie;  
intelligentque, si in re tanti momenti de-  
sides, aut negligentes fuerint, in novissi-  
mo die se huius prætermitti muneris ra-  
tione esse reddituros.

10. Postremo Illustrissimi Patres non sine  
gravi animi dolore intelligentes, mala  
sere omnia, quæ regularem disciplinam  
everunt, ac præcipue nimiam hanc faci-  
litatem sœvent, in oneribus Missarum su-  
per vires suscipiendis, velati ex infecta  
radice, pullulare ex maiori Regularium  
numero, quam ferant reditus, & elemo-  
synæ cuiusque Monasterii, inherentes sum-



morum Pontificum, ac sacri Tridentini Concilii decretis hac de re editis, sanctissimi Domini nostri auctoritate precipiunt, ac mandant omnibus & singulis Generalibus, Provincialibus, Commisariis, Ministris, Praesentibus, Abbatis, Prioribus, Praepositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium, intra fines Italiae, & Insularum adiacentium, ut singuli ad quos pertinet in qualibet provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel congregationis probatoribus, & rerum usu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, conlueras item elemosynas, & obventiones tam communales Monasteriorum, Conventuum, & Domorum eiusdem provinciae, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permittas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediate praecedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis quae reparationes, praestationes, grandines, sterilitates, aliae cuiuslibet generis onera consequenter absorbere. Et quae omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in primo Capitulo, seu Congregatione generali, vel provinciali, coram tribus iudicibus, ab iplolem Capitulo, seu Congregatione delibendis proponat, qui, computatis huiusmodi redditibus, elemosynis, obventionibus universis, & oneribus, ut supra, detractis, sedulo examinent, quot Religiosi homines, connumeratis etiam laicis, aliisque necessarii servitibus, in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regulari, iuxta regionis, & proprii instituti morem, victum & vestitum, & medicinalia in communem habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorandem bonorum, reddituum, elemosynarum, & onerum praesentium notam ipsimet Capitulo, vel Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis in singula quaque provincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum capitularium voto, praefigatur, quae redditibus, elemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id praestare de-

bent, segnius, aut remissius quam praesent, suo muneri satisfaciunt, mandata sacra Congregatio ut infra annum, post proximum Capitulum generale, vel provincialium computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

Numerumque familiae, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium, Capituli, seu Congregationis generalis, vel provincialis sententia, & auctoritate praefinitum, iidem Superiores tam Generales & Provinciales omnes, quam locales, perpetuo servare omnino tenentur, nec possint illum quoque modo atgere, etiam praetextu augmenti reddituum, abique sacra ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui praedicta omnia in praefixo termino non praestiterint, vel numerum, ut supra, praescriptum quovis modo augete praesumpserint, privationis omnium officiorum quae tunc temporis obtinebunt, vocisque activae, & passivae, & ad omnia suae Religionis officia & gradus inhabilitatis perpetuam poenam eo ipso incurere, atque aliis etiam gravioribus a Sede Apostolica infligendis penis, sacra Congregatio subiacere velit, & declaravit. Deinceps vero Monasterium, Conventum, Domum, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi praeter alia ad id requisita, in singulis huiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis elemosynis, detractis omnibus, ut supra, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad praescriptum decreti fel. rec. Gregorii XV. hac de re editi; alioquin Monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque inhabitare non poterint, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationis, correctionis, atque omnimodae iurisdictionis subiecta esse intelligantur.

Porro, ne ullo unquam tempore haec in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, atque in singula quaque provincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum capitularium voto, praefigatur, quae redditibus, elemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id praestare de-

praesentes ordinationes in publica mensa perleantur.

Omnibus tam ecclesiasticis personis, cuiuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis, quocumque honore & potestate praeditis, praesentia decreta declarandi, vel interpretandi facilitate penitus interdicta.

Non obstantibus, quod supra scripta omnia & singula, in praesentibus decretis contenta, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis in favorem quorumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarum etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuscumque alterius Instituti, etiam necessarii & individuo exprimentium, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Contrahentium, & aliorum quorumcumque tam saecularium, quam regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmata alia roboratis, statutis, & constitutibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis & litteris apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ad cum quibuscumque derogatoriarum derogationis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolice potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialibus & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentioni, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda, esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habens, quibus quoad ea quae praesentibus advertantur, illis alias in suo robore permanentibus, sacra Congregatio Sanctitatis suae auctoritate specialiter, & expresse derogat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et ne praesentium ignorantia a quocumque praetendi possit, voluit eadem sacra Congregatio ut praesentes ordinationes in Valvis Basilicarum S. Ioannis Lateranen-

sis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in Aetate Campi Florae, ut moris est, affixae, & omnes ad quos pertinet, ita ardent, & afficiant, ac si univocis personaliter intimatae fuissent.

Uque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitionis, eadem prohus fides adhibeatur quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel offensa. Datum Romae die 21. Iunii 1625.

Cosmus Card. de Torres.

*Prosper Fagnanus S. Congreg. Secr.*

Excitatus autem super praesentium decretorum intelligentia, seu interpretatione infrascriptis dubiis, proderunt a memorata Congregatione, simili auctoritate illi a praefato Urbano Papa octavo specialiter attributa, repositiones, vel declarationes inferius apponenda.

Super primo sacrae Congregationis decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur ne Episcopi in diocesana Synodo, aut Generales in Capitali generalibus, vel alias quoquo modo, reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Queritur, quid, si legatum sit ita tenue, ut non sit qui velit onus illi innum, scilicet subire; & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum infundendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, aut possit huiusmodi onera moderari?

Secundo, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cavetur ut celebrentur tot Missae, quot ad rationem tributa elemosynae praescriptae fuerint.

Queritur, an verba illa, *praescriptae fuerint*, intelligenda sint de ordinatione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertio, an, cum Ordinarius praescriperit elemosynam congruam iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente praescriptas celebrare?

Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficii, sui capelle, legati, aut salarii, possint etiam manuum elemosynam pro Missis votivis, aut defunctorum recipere, & uni-



co Missæ sacrificio utrique oneri satisfacere?

Quinto, posito quod testator relinquat ut celebrentur pro eius anima centum Missæ abque ulla præscriptione elemosynæ.

Queritur, an liberum sit hæredibus, elemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem elemosynam præscribenda sit ab Ordinario?

Sexto, super tertio Congregationis decreto in quo eisdem Congregatio revocat privilegia quibus indulgetur ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurim Missarum oneribus futurum insipientibus satisfiat.

Queritur, an verba in futurum suscipiendi intelligenda sint de oneribus suscipiendis post privilegium?

Septimo, super quarto eisdem Congregationis decreto, quod prohibet Sacerdoti qui suscipit Missam celebrandam cum certa elemosyna, ne eadem Missam alteri, parte eisdem elemosynæ ibi retenta, celebrandam committat.

Queritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam elemosynarum portionem pro expensis mantentionis Ecclesie, altarium, intervencionum, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

Octavo, an hoc decretum habeat locum in Beneficiis que conferuntur in ritualum; idest, an Rector Beneficii qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii?

Decimo, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur elemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram elemosynam iis quibus Missas celebrandas committunt; an vero satis sit ut dent celebrantibus elemosynam confuetam?

Undecimo, super quinto eisdem Congregationis decreto, quo inter cetera statuitur in hæc verba: *Elemosynas veronuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum idem accipere possunt, si oneribus antea impositis, hæc satisfecerint, ut nota quoque onera abire soleant; alioquin omnia abstineant ab huiusmodi elemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant &c.*

Queritur, an hoc decretum prohibeat absolute quo minus accipiant novas ele-

mosynas ii qui acceptis non satisfecerint; & quid, si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens elemosynas, audito impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit?

Decimotertio, an pena interdicti, & alia apposita in eodem decreto, sufficiant tam eos qui accipiunt elemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos qui non auferant capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimoquarto, an in hoc decreto comprehendatur ille capsula que apponitur in Ecclesiis in die commemorationis omnium defunctorum, & vulgo dicuntur *Casse de morti*.

Decimoquinto, an administratores Ecclesie magnæ devotionis, & concursus, possint elemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iidem Missis nonnulli postlongum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Ecclesie, & devotio, ac concursus Fidelium, ut aiunt, minuantur?

Decimosexto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directæ solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiis, & piorum locorum tam secularium, quam regularium Superioribus, de quibus sit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehenduntur sub clausula generali, *Et aliis ad quos pertinet*: supplicatur pro opportuna declaratione.

Decimoseptimo, super septimo eisdem sacre congregationis decreto, quo cavetur ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfiguratur numerus, qui ex conductis redditibus, aut elemosynis commode possit sustentari.

Queritur, an, ubi hæc præfixio facta iam fuit in vim similis decreti sancti mem. Pauli V. abique tamen computatione reddituum cuiusque Religiosi, sit denovo facienda, nec ne?

Decimooctavo, an Novitii, ad habitum regularem admitti, possint admitti ad professionem in Monasteriis in quibus habitus, ut supra, præfixione numeri, commode ali non possunt?

Decimonono, super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem Fratres in eis degerint, & competenter sustentari valgant, ita

ut

ut alioquin subint jurisdictioni Ordinarii.

Queritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat onera Missarum recipere, ut non concessantur onera Capucinatorum, ac Societas Iesu?

Ultimo, an idem decretum, ubi disponitur ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an vero etiam extra Italiam?

*Declarationes, & responsiones ad supradicta dubia.*

Sacra Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, auctoritate sibi a Sanctissimo Domino nostro attributa, ad singula dubia superius proposita, ad hunc modum respondit, videlicet:

Ad primum; est legatum sit adeo tene, nihilominus pro reductione oneris, ut supra, impositi ab iis ad quos pertinet, sedem Apostolicam esse adendam, que abique ulla impedita sit statuet quod magis in Domino e re esse iudicaverit. Verumtamen, si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum fuerit ut licet Episcopo inunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundatoris, quam decreta hac de re edita non sustulerant, esse validam, & observandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptionibus facta ab eo qui elemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens elemosynam, numerum Missarum celebrandarum præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius, secundum morem civitatis, vel provincie.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capelle, legati, aut salarii, si elemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utriusque obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, ubi nullam certam elemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam elemosynam congruam, que respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem civitatis, vel provincie.

Ad sextum, ita esse intelligenda.

Ad septimum respondit, permittendum

non esse ut Ecclesie, ac loca pia, seu illorum administratores, ex elemosynis Missarum celebrandarum ullam utrumque minimum portionem retineant, ratione expensarum que subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesie, & loca pia alios non habent redditus, quos in aliam eandem expensarum erogare licite possunt.

& tunc, quam portionem retineant, nullatenus debere excedere valorem expensarum que pro ipsomet tantum Missæ sacrificio necessario sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse ut pecunias que superflue expensis, ut supra, deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus elemosynas.

Ad octavum, non habere locum, sed satis esse ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam, secundum morem civitatis, vel provincie, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere absolute integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad undecimum respondit, non prohibere absolute; ac propterea, est oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum, quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro aliarum Missarum celebratione id fecit, & consentiat ut ille tunc demum celebretur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere quominus eo casu elemosyna accipiatur pro illis Missis, iuxta beneficiorum contentum celebrandis.

Ad decimumtertium, hæc penas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua Missarum celebrandarum, sine licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad decimumquartum, comprehendit, ad decimumquintum, non posse, nisi de consensu eorum qui elemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad duodecimum.

Ad decimumsextum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.

Ad decimumseptimum, numeri præfixionem esse iteram faciendam, servata forma ultimi decreti hac de re editi.

Ad decimumoctavum, esse admittendum

ut



ad professionem, si alias habiles exsistant; ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos, ubi commode alii possint.

Ad decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad ultimum, habere locum extra Italiam. Colmus Card. de Torres.

*Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Sec.*

Cum autem super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumque occasione quamplures querelæ, & recursus ad Apostolicam Sedem pervenerint; cupiens eadem congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, huiusmodi detestabiles abusus e christiana Republica pro viribus evellere, ac opportune providere, ut sublevis fraudibus, ac emendata negligentia, piaculidiponimentum, seu beneficiorum voluntati fides illibata servetur, defunctorum animarum integra & prompta præstentur suffragia, itidemque Deo maior gloria, & Ecclesis præstantior cultus reddatur; prævia auctoritate per SS. D. N. Innocentium divini providentia PP. XII. et specialiter attributa, infrascripta decreta, prius in particulari nonnullorum ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatem huiusmodi Cardinalium Congregatione mature, & accurate discussa, recognita, & examinata editit.

In primis, præ inserta decreta, cum præmissis illorum declarationibus, plenissime, & amplissime approbat, confirmat, & innovat, omniaque, & singula ibidem contenta, & expressa, iterum omni meliori modo decernit, statuit, ac ab omnibus, & singulis, etiam specialia, & individualia nota, seu expressione dignis, penitus observari, & omnimode executioni demandari decernit, sancit, & præcipit.

Insuper, ut in re tanti momenti consultus, ac maior, ut par est, circumspicere ne procedatur, si qui forsitan fuerint, vel sint qui suis pravis & erroneis intentionibus, seu opinionibus blandiri volentes, Missarum celebrationem omittant sub maliciola, vel irrationabili spe earumdem condonationem, vel reductionem a Sede Apostolica, vel compositionem a Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe obtinendi; Congregatio præfata tum eisdem, tum quocumque alios, qui posthac in adeo detestabiles abusus alii fuerint offendere, certiores fieri, & monitos esse voluit, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, non nisi ex rationabili causa, seu æqua com-

miseratione: compositiones vero a dicta Fabrica, utente suis facultatibus, & privilegiis, non nisi ex causa pariter rationabili, & cum clausulis opportunis, & præsertim cum illa, *Dummodo malitiosen omniserint animo habendi compositionem, alias gratia nullo modo suffragetur*, admitti consueverit, & solere. Quapropter, ut locus omnisimposteriorum huiusmodi prætextibus præcludatur, memorata Congregatio tales intentiones, opinioniones, seu spes, ac elemosynarum, sive in toto, sive in parte, veliones in alium, quam præfatarum Missarum usum, seu satisfactionem, & quocumque alias directas, vel indirectas, immediatas, vel mediatas contraventiones, seu circumventiones, declarat prorsus irrationabiles, iniustas, illicitas, illaque omnino reprobat, damnat, & interdicit.

Cumque huiusmodi absurda ex eo plerumque proveniant, quod onera Missarum supra vires suscipiantur, caveant omnes, & singuli Rectores, Superiores, & Ministri quarumcumque tum secularium, tum regularium Ecclesiarum, seu illarum Capitula, ne onera, seu Missas tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales quarum satisfactioni impares fuerint, quoquo modo suscipiant; utque ipsam, quoad heri poterit, pateat, teneantur eidem conficere, semperque in loco magis patenti, & obvio retinere tabellam onerum perpetuorum, & temporalium, litteris perspicuis, & intelligibilibus descriptorum, quorum implemento si moraliter, & intra præscriptum, seu breve tempus satisfacere non possent, seu illa dumtaxat, & non ulteriore adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas sive perpetuas, sive temporales, sive manuales per se, vel interpositas personas quoquo modo recipere, seu acceptare omnino desistant, seu abstineant, & ulterius tali casu in eadem tabella similiter exprimant, se propterea alius Missis acceptandis, & celebrandis impareres esse.

Idemque teneantur pariter in Sacratio duos libros retinere, ac in eorum altera singula onera perpetua, & temporalia; in altera autem Missas manuales, & tam illorum, quam illarum adimplementum, & elemosynas distincte, & diligenter annotare, & annotandas, seu annotandas curare, singulisque annis de supradictis adimplementis, elemosynis, & oneribus pariter exactam rationem suis superioribus reddere, ac omnes & singulas rationes hu-

iusul-

iusmodi in præfatis respective libris simili distinctione, & diligentia, tam præfata, a quibus rationes debent reddi, quam superiores, quibus reddende erunt, describere, seu annotare, sive describendas, vel annotandas respective curare.

Quibus temper salvis, debeant ulterius Regulares prædicti, omnes, & quocumque elemosynarum tum manualium, tum perpetuarum, & temporalium Missarum reponere in capsula particulari sub duabus clavis, quarum una penes Superiorem localem, altera vero penes alium a Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem, & celebratione Missarum, coram Patribus Discretis, seu Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus distinctam rationem exigere, & respective reddere.

Quod si prædicti, ad quos cura tabellæ, capite, & librorum præfatarum, respective pertinet, seu pertinere debet, suam operam præmissis, ut præfatur, minime naverint, & superiores tum secularium, tum regularium Ecclesiarum, rationem prædictam non exegerint, seu non invigilaverint, quod præfati, qui in curam tabellarum, & librorum incumbunt, suo muneri, ut præfatur, satisfaciunt; in singulis respective casibus seculares penam suspensionis incurant; Regulares vero vice activa & passiva, ac gradibus, & officiis quoque obtinent, ipso facta, & absque alia declaratione privati sint, & intelligantur, nec non ad huiusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur.

Porro, ne ullo umquam tempore omnia, & singula decreta prædicta in oblivionem, seu defectuam abeant, Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum secularium illa retineant publice exposita in eorum Sacratio; Superiores vero locales cum iusculumque Monasterii, Conventus, ac domus Regularis curare, & efficere teneantur sub pena privationis officiorum quæ obtinent, vobique activæ & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum lexto quoquo mensis, idest feria secunda post primam dominicam Adventus, & feria sexta post octavam Corporis Christi, omnes, & singule præmissæ, tum insertæ, seu confirmatæ, tum in præfatis factæ ordinationes, una cum dictis declarationibus in publica mensa perlegantur.

Meminerint igitur, & fatagant Ordinarii, ut a personis, & in Ecclesiis, quoquo

modo etiam in vi decretorum Concilii Tridentini sibi subiectis, Missæ ea quæ par est fide, & diligentia celebrantur, & cuncta & singula decreta huiusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum iustitiam recurrentibus, seu instantibus reddentes, sed ex officio tum in Visitationibus, tum in aliis actibus, & modis, quos excedere, & convenire toties quoties indicaverint, inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis decretis adversetur.

Caveant etiam respective omnes Regulares tum subditi, tum Superiores quocumque, nedum locales, sed etiam Provinciales, & Generales, ne Missarum celebratione, & omnium decretorum præmissorum executioni, cum pernicie propriarum animarum, cum præiudicio illarum quibus Missæ sunt applicandæ, & cum magno Christi fidelium scandalo, quoquo modo omittantur, differantur, negligant, seu pervertantur; alioquin ultra propriæ conscientie operationem, penam privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad huiusmodi gradus, & officia obtinenda prorsus incurant.

Curent propterea præfati Superiores regulares in omnes, & singulos contraventiones debitis penis diligenter, & prompte etiam per inquisitionem animadvertere, & insuper teneantur omnes, & singuli Superiores locales in provincialibus Capitulis, seu Congregationibus, exhibere attestacionem, seu fidem ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu quocumque Domus regularis subscriptam, & iuratam, quod omnibus, & singulis tum perpetuis, tum Manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, & tenorem præsentium decretorum, tempore eorum regiminis fuerint omnino & integraliter satisfactum; vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiam huiusmodi resistuali implemento Missarum distincte referendarum intra breve tempus moraliter satisficere, ea adiecta, & omnino adimplenda conditione, quod ante præfate attestacionem, exhibitionem quocumque Superiores locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omnino habere non valeant.

Præterea Provinciales, Vicarii, & Visitatores Provincialium, seu Congregacionum debeant in fine eorum regiminis Sa-

pe-



perioribus Generalibus in forma probante ostendere, quod executioni presentium decretorum sedulo invigilaverint, & ad eorum tenorem in omnibus, & singulis Conventibus, seu Monasteriis, vel Domibus regularibus Provinciarum, seu Congregationis, & de omnibus & singulis oneribus, & obligationibus, ac in simul satisfactionibus Missarum exactam, & diligentem rationem exegerint, ac contra delinquentes ad declarationem, & executionem respective decretorum in decretis contentarum processerint, & de adimplemento circa ea que in premisis ad ipsos spectant, legitime documentum, alias ad vocem activam & passivam in Capitulis generalibus nullatenus admittantur.

Ceterum, quia etiam ad quamplures Archiconfraternitates, Confraternitates, Societates, Congregationes, Hospitalia, Altria, Capellas, Oratoria, & Ecclesias, ac alia loca, & opera pia quomodolibet nuncupata, que cuiuscunque curae, seu regimini, aut administrationi, vel directioni laicorum cuiuscumque gradus, status, conditionis, & praeeminentie etiam specialis, & individuali nota digniorum dumtaxat, vel quorumcumque Ecclesiasticorum, & laicorum huiusmodi mixtim commendata, annexa, vel quomodocumque commissa, vel attributa sunt, onus, seu cura celebrationis Missarum, sive manualium, sive ad tempus, vel in perpetuum pertinet; hinc falsis semper sit que in praesentis continentur, omnes, & quicumque huiusmodi Archiconfraternitates, Societatum, Congregationum, Hospitalium, Altarium, Capellarum, Oratoriorum, & Ecclesiarum, ac aliorum locorum & operum piorum Rectores, seu Administratores, vel Directores, & alii huiusmodi officiales, nec non ipsi, ad quos cura tabella, & librorum in premisis spectat, tabellam, libros, & haec decreta respective iuxta modos superius expressos, similiter retinere, nec non de oneribus, ac celebrationibus, & eleemosynis dictarum Missarum singulis annationem exigere, & respective iis ad quos pertinet, reddere, sub penis arbitrio, & in subsidium excommunicationis teneantur.

Potestremo omnibus, & quibuscumque, tam ecclesiasticis personis cuiuscumque ordinis, status, gradus, Regule, Congregationis, Societatis, conditionis, & dignitatis exsistant, quam laicis quocumque honore, ac potestate praeditis, omnia, & singula praemissa decreta interpretandi, nec non

Ecclesiasticis praeditis penas in huiusmodi decretis relaxandi, seu quocumque modo circa praemissa dispensandi, omnis, & quatuordecimque facultas sit penitus interdicta.

Non obstantibus quoad supra scripta omnia, & singula in huiusmodi decretis contenta, constitutionibus apostolicis in favorem quorumcumque personarum, atque Ordinum, tam mendicantium, quam non mendicantium, Militarium etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuscumque alterius Instituti, etiam necessario, & individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum, quorumcumque tam secularium, quam regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, & privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, seu quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoris, aliiisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialibus, & individualibus, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentionis, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inerti forent, presentibus pro expressis habens, quibus quoad ea que presentibus advertantur, illis alias in suo robore permanentis, sacra Congregatio Sanctitatis sine auctoritate specialiter, & expresse derogat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae die 23. Novembris 1697.

Ioseph Card. Sacripantes Praefect. Ferdinandus Nuntius sacrae Congreg. Secret. Quocirca, cum dilectus Filius noster Ioseph Tituli S. Mariae Transpontinae S. R. E. Presbyter Cardinalis Sacripantes, memoratae Congregationis Praefectus, praemissa decreta nobis retulerit, nos considerantes, eadem omnia, & singula decreta ea qua de-

cet

cet maturitate digesta, & examinata, ac in vim apostolicae auctoritatis, eidem Congregationi specialiter, ut praefertur, attributa peracta, perutilia fore censentes, illaque propterea perpetuo, & inviolabiliter observari, nec non constitutionis nostrae munimur roborare volentes; motu proprio, non ad cuiuscumque nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, deque apostolica potestatis plenitudine praesentia decreta, omniaque, & singula in eis contenta, tenore praesentium, auctoritate apostolica confirmamus, & approbamus, illique quoque inviolabilis, & irrefragabilis apostolicae firmitatis robor, & efficaciam adicimus; quiniammo motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus omnia, & singula in supra dictis decretis contenta, de novo statumus, decernimus, & ordinamus, ac ab omnibus, & quibuscumque etiam specialibus, & individualibus nota dignis, omnino exacte, & perpetuo servari volumus, sancimus, & mandamus.

Decernentes, praesentes litteras, cum omnibus, & singulis inibi contentis, semper firmas, validas, & efficaces exilire, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quancumque, & quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari, sicutque non aliter, per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate, praeminentia, aut potestate tangentes, & suspensiones, etiam causalem Palatri Apostolice Auditoris, ac eisdem S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuntios, sublata eis, & defensori debere, ac irritum & inane, si secus fuerit, & quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis quae praefata Congregatio, auctoritate per eundem recordationis Urbanum Papam VIII. & respective per nos illi specialiter attributa, decrevit non oblatre, quae pariter, & iterum nos tenore praesentium non oblatre decernimus, & mandamus, quibus omnibus quoad ea quae presentibus advertantur, illis alias in suo robore permanentibus, etiam harum serie plenissime, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut praesentes litterae, ita valis Ecclesiae Lateranensis, ac Basilicae Principis Apostolorum, nec non Cancellariae Apostolicae, Curiaeque generalis in Monte Citorio, ac in Acie campi Florae de Urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicutque publicatae, affixae, omnes, & singulos quos illae concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si uniceque eorum personaliter intimatae fuissent.

Pariterque, ut eorumdem praesentium, transumptis, impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem proliis fides adhibeatur quae praesentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat praesentium hanc nostrorum Confirmationis, Approbationis, Statuti, Decretorum, Ordinationis, Voluntatis, Sanctionis, Mandatorum, & Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursum.

Dat. Romae apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis dominicae 1697. decimo kalendas Ianuar. Pontificatus nostri anno septimo. B. Card. Prod. I. F. Card. Albanus. Vila de Curia. I. Ciampinus

I. Callalus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri I. C. millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, indictione sexta, die vero tertia Ianuarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii divina providentia PP. XII. anno septimo, supra dicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad vasa Basilicarum S. Iohannis Lateranen. Principis Apostolorum, Curiae, Cancellariae, & in aliis locis Apost. in Acie Campi Florae, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Ioannem Baptistam de Capellis, eiusdem SS. Domini Nostri Papae Curiaem.

Franciscus Antonius Simoncellus Mag. Cur.

### DECRETUM

S. Congr. Concilii, de diebus vacationis licite a celebratione Missae, ut habetur in Concilio Neapolitano pag. 179.

Modernus Episcopus Colletensis, dicecesim visitando comperit, non sine maximo

con-



conscientiarum periculo, plures irrepsisse abusus in adimplendo mentem eorum qui Missas celebrari mandarunt. Ad eos ergo tollendos, discutendum, atque resolvendum videtur.

1. An Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capellania, Legati, aut stipendii celebrare quotidie Missam per seipsum, possint aliquando a celebratione vacare? Et quatenus affirmative.

2. Quando, & quoties a dicta celebratione vacare possint?

3. An diebus licite vacationis possint Missam pro seipsum, vel aliis, præterquam pro fondatoribus, celebrare? Et quatenus affirmative.

4. An pro aliis celebrando, possint stipendium pro huiusmodi celebratione percipere?

5. An aliis diebus quibus licite vacant a celebratione, teneantur Missam ab aliis celebrari facere, iuxta intentionem fundatorum?

6. An Sacerdotes, ut supra, obligati celebrare Missam quotidie, absque tamen onere celebrandi per seipsum, possint aliquando a celebratione vacare?

Die 18. Septembris 1683. S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad primum, & secundum respondit affirmative, concurrente aliqua rationabili causa. Ad 3. & 4. & 6. negative. Ad 5. distulit resolutionem.

Ita reperitur in regesto autographo Decretorum eiusdem S. Congregationis Lib. XXXIII. fol. 311. In fidem &c. Hac die 30. Maii 1699.

F. Nuprius S. Congreg. Conc. Secretarius.

### DECRETUM

Sacra Congregationis Concilii super applicatione sacrificii a Parochis.

### IN LUCANA.

Cum præcepto divino iis quibus animarum cura commissa est, mandatum sit pro ovibus suis sacrificium offerre, sepe alias sacra Congreg. Concilii censuit, Parochos teneri pro parochianis sacrificium applicare, atque ea cum distinctione, ut si reditus pingues sint, singulis diebus; si vero tenues, saltem diebus festivis. Idem nunc censet quoad Parochos ipsius civitatis, & diceccis &c.

Romæ 10. Maii 1681.

F. Card. Columna.

Steph. Archiep. Brancaccius Sac. C. Secr.

### §. II.

Plures quasi in nullo casuistica resolvuntur de Missæ stipendio.

**E**X tot documentis quæ hadenus pariter rescripti, partim indicavi, quæ colligere potest, quam ferere Ecclesia prohibeat non modo turpe simoniae scelus, sed cuiusvis fordidæ mercimonii, & turpis quævis viliusium. Et tamen post tot Conciliorum sanctiones, post tot Pontificum, & Cardinalium, & Episcoporum decreta, adhuc innumera fere sunt quæstionculæ quæ a Theologis moventur, & plures in utramque partem disputantur. Alvarus Pelagius de planctu Ecclesiæ refert, Seraphicum Patriarcham Franciscum inlisse ut Frater unica Missa contenti essent. Et Patriarcha Ignatius prohibuit ne sui Religiosi elemosynas pro Missis acciperent. Si leges istæ ab omnibus servarentur, cessarent quæstiones, & fordidæ mercimoniam exularent. Verum cum hæc frustra desiderantur, quæstionculæ resolvendæ sunt.

II. Quæst. I. A quo taxanda est elemosyna conferenda Sacerdoti Missam celebranti? Resp. Ab Episcopo taxandam Sacra Concilii Congregatio determinavit, cum non possit regula universalis præscribi: cum aliqui maior, alii minor, iuxta diversitatem locorum, & circumstantiarum esse debeat. Alicubi enim maior, alibi minor est annonæ penuria, aut copia. Animadvertit Pontifex summus BENEDICTUS XIV. de Synod. Lib. V. c. IX. & committit quoque Theologi affirmant, necesse haud esse ut elemosyna tanta sit quæ sufficiat integræ sustentationi Sacerdotis unius diei in qua celebrat. Nec enim actio sacrificii integrum diem, aut maiorem illius partem requirit; sed media hora perficitur. Præterea Sacerdotes secularis non promoveantur ad sacros Ordines sine Beneficio, aut patrimonio: nec ex Regularibus ad Religionem acceptari quisquam iure valet, nisi ex Monasterii redditibus, aut consensu elemosynali alii possit. Cur ergo ex sola Missa repeti alimentum debet? Elemosyna taxata, aut taxanda, non est, nec congrua esse debet ad integram Sacerdotis sustentationem, sed ad illius administrandum, ut scite laudatus Pontifex, citatis gravioribus Theologis, docet. Quamobrem suam ignorant professionem Sacerdotes illi qui argutari solent: Alimenta hæc tempestivè cariorè pretio emuntur. Ergo augeri Missæ elemosyna debet. Hi assumptis Sacerdotum

viden-

videntur, veluti arrem aut victus captandi, aut pavantis simulacro interveniendi; non ut honorem, & dignitatem offerendi Deo pro se, & pro populo Sacrificium in peccatorum expiationem, in gratiarum actionem, & in auxiliorum, atque beneficiorum impetrationem.

III. Si plus elemosyna taxata ab Episcopo Sacerdos exigit, non modo Ecclesiæ legem, sed iustitiam etiam commutantem lædit. Quamvis enim elemosyna pretii rationem absolute excludat; lata tamen Ecclesiæ lege, quæ proportionem aliquam servandam præscribit inter opus ministerii a Sacerdote inebundi, & elemosynam conferendam, quicumque violator est legis huius, simul in iustitiæ reus evadit; ut docet idem Pontifex summus loc. cit. num. 2. Iudicio Episcopi, elemosynam taxantis, subiecti sunt etiam Regulares, nullo privilegio in oppositum suffragante.

IV. Quæst. II. An liceat Sacerdoti diviti elemosynam accipere, ut Missam celebret? Resp. Si consultantur canonæ, elemosynam Sacerdoti celebrando concedere videtur propter sustentationem vite. Hanc elemosynam S. Thomas 2. 2. quæst. c. art. 2. dicit esse non tamquam pretium mercedis, sed tamquam pretium necessitatis. Rursum in II. dist. xxxiii. quæst. lxi. art. 2. quæstione. 1. ad 4. inquit: Si tamen Sacerdos non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarios. Consuetudo tamen universalis Ecclesiæ, cui semper standum est, omnibus Sacerdotibus indiscriminatim elemosynam accipere pro Missa celebranda permittit. Quæ consuetudo ista videtur, utpote innixa divinæ Scripture: Dignus est enim operarius mercede sua: Luc. x. Item S. Paulus I. Cor. ix. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur quæ de sacrario sunt, edunt; & qui altari deservunt, cum altari participant? Scriptura divina non distinguit, sicut nec consuetudo Ecclesiæ, inter Sacerdotes divites & pauperes, sed omnibus indiscriminatim qui altari interveniunt, participare de altari concedit. Legatur totum citatum Pauli caput. Quis militat, inquit, suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Legantur plura sibi. Concludit tamen Apostolus. Ita & Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Laborabat ille manibus suis, ut victum sibi compararet, ne ex receptione elemosynarum officium patenter possit. Heine colligant Sa-

Conc. Theol. Tom. VIII.

cerdotes, præsertim divites, quanta diligentia evitare debeant omnem simoniae suspicionem.

V. Quæst. III. Quinam Sacerdotes simoniae suspicionem præbeant? Resp. Qui a celebrando desistunt, elemosyna deficiente. Factum illud prævaleat omnibus prætextibus quibus fucari simonia solet. Sacerdotes illi qui, dum agrotant, perquam raro committunt, nulloque communionis desiderio fervent; qui, deficient elemosyna, facillime ob quocumque leve impedimentum a Missa celebranda abstinere: contra dum elemosyna occurrit, & præcipue si sit consuetæ pinguior, licet valetudinarii, licet Ecclesiæ diletæ, animos sibi faciunt, impediuntur sperant, & vires omnes exerunt, & Missam celebrant, voce aiunt, se ob finem sacrificandi Deo altissimo celebrare; sed factum nimis luculenter patefacit, illos in primis ipse mercedis ductus, & impulsus ad altare accedere. Porro S. Thomas opus. de offi. Sacerd. c. 1. inquit: Non potest tamen Sacerdos illa intentione celebrare, ut ex hoc pecuniam consequatur: quia peccare mortaliter. Et Cardinalis Denihoff. Episcopus Calenatenus in sua Synodo Calenateni an. 1693. tit. 11. c. v. hæc habet. Sedulo Sacerdotes attendant, ne dum Missas solæ, spe mercedis illius celebrant, gravioribus culpis conscientias suas laqueent: docet enim S. Thomas, non posse Sacerdotem illa intentione celebrare, ut ex hoc pecuniam consequatur; quia peccare mortaliter. An vero hoc præceptum intentione Missæ sacrificium offerant, viderit ii qui sanctissima communionis in agritudine nullo, aut periculo tenentur desiderio: cum tamen, recuperata valetudine, vix aliquam prætermittant diem qua ad altare non accedant. Facile mentitur iniquitas sibi: & facillime nobis blandientur, bonam famamque intentionem ostentant. Ad læpe facta nostra pravitate intentionis nostræ manifestant. Singuli Sacerdotes suam intentionem cum factis comparent, & iudices sui sint conscientie.

VI. Quæst. IV. An licitum sit pacisci de stipendio Missarum? Resp. Canones, & Synodi plures, & graviores Theologi pacta, & conventiones pro stipendio Missarum improbandæ. P. Claudius La-Croix Lib. IV. part. 11. num. 123. inquit: Non est illicitum pacisci de stipendio pro Missa: & quando hoc videtur prohiberi, intelligi debet de pactio- ne per quam vendatur Missa pro pretio. Gobat. ¶ Non modo Missa venditionem prohibent Concilia (nam vix fuerunt, & sunt Sacerdotes adeo seclerati, ut Missam vendere expresse velint) sed Tridentinum Con-

S

lium